ductus sit, ut advertas quemadmodum de deserto ad paradysum a
dam Christus reverterit. Videte enim quemadmodum suis nodis praeiudi
cia resolvantur et sui divina beneficia vestigiis reformentur. Ex
terra virgine adam, Christus ex virgine. Ille ad imaginem dei factus,
hic imago dei. Ille omnibus irrationabilibus animalibus, hic omnibus
animantibus ante latus. Per mulierem stulticia, per virginem sapienti
a. Mors per arborem, vita per crucem. Ille spiritalium nudus arboris se te
xit exuviis, hic secularium nudus corporis non desideravit exuvi
as. In deserto adam, in deserto Christus. Sciebat enim ubi posset in
venire dampnatum, quem ad paradysum resoluto errore revoca
ret. Sed quoniam (secularibus) indutus exuviis redire non poterat, nec paradysi
incola poterat esse nisi nudus a culpa, exuit veterem hominem, no
vum induit. Et quia solvi non queunt divina decreta, placuit deo ut
persona magis quam sententia mutaretur. Sed quia in paradyso sine
duce iter amisit acceptum, quemadmodum de deserto sine du
ce iter repetere posset amissum, ubi temptationes plurime, nisus
ad virtutem difficilis, lapsus facilis ad errorem? Cum eadem sit virtu
tis natura quae nemorum, ut si adhuc exigua de terrenis ad superna
se subrigunt, dum teneris etas adolescit frondibus seu veneno
dentis obnoxia facile aut succidi possit aut uri; si vero alta se
radice fundaverit et ramorum sublimitate sustulerit, frustra iam
ferarum morsibus vel lacertis agrestium vel diversorum flatuum procel
lis arbor robusta temptetur. Quem igitur apponeret ducem contra tot
illecebras seculi, contra tot versutias diaboli, cum sciret nobis primo
contra carnem et sanguinem, deinde contra potestates, contra rectores
mundi tenebrarum harum, adversus spiritalia nequitie quae sunt in cele
stibus esse luctamen? Angelum apponeret? Et ipse lapsus est. Legiones
angelorum? Vix singulis praefuerunt. Seraphim dirigeret? Et i
psum descendit iterum in medium populi inmunda labia habentis,
et unius tantum prophete apposito labia carbone mundavit. Alius